

5. De tertio praecepto legis

„Memento ut diem sabbati sanctifices.“ (Exod. XX,8)

1217. – Hoc est tertium mandatum legis, et convenienter. Primo enim debemus Deum venerari corde: unde praecipitur quod non colatur nisi unus Deus: unde: „Non habebis deos alienos coram me. Secundo ore: unde non assumes nomen Domini Dei tui in vanum“. Tertio opere: et hoc est: „Memento ut diem sabbati sanctifices“. Voluit enim ut esset certus dies in quo intenderent homines ad servitium Dei.

1218. – Habetur autem hoc praeceptum quinque rationibus.

a) Primo enim datum fuit ad destructionem erroris. Praevidebat enim spiritus sanctus quod futuri erant aliqui dicturi mundum semper fuisse. II *Petr.* III,3-5: „Venient in novissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: ubi est promissio aut adventus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturae. Latet enim eos hoc volentes quod caeli erant prius et terra de aqua, et per aquam consistens Dei verbo.“ Voluit ergo Deus ut custodiretur unus dies in memoriam quod Deus omnia creaverat in sex diebus, et in septimo quievit a novis creaturis condendis. Et hanc rationem ponit Dominus in lege, dicens: „Memento ut diem sabbati sanctifices.“ [...]

1219. – Sed Iudaei in memoriam primae creationis colebant sabbatum; Christus autem veniens fecit novam creationem. Per primam enim homo terrenus, per secundam homo caelestis effectus est. *Gal.* VI,15: „In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque praepotium, sed nova creatura.“ Et haec nova creatura est per gratiam, quae incepit in resurrectione. *Rom.* VI,4-5: „Quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul et resurrectionis erimus.“ Et quia resurrectio facta est in dominica, ideo celebramus illum diem, sicut Iudaei sabbatum propter primam creationem.

5. Das dritte Gebot des Gesetzes

„Gedenke, daß du den Tag der Gottesruhe heiligst.“ (Ex 20,8)

1217. – Dies ist das dritte Gebot des Gesetzes. Erstens müssen wir Gott mit dem Herzen verehren, daher das Gebot, nur ihn als den einen Gott anzubeten: „Du sollst keine fremden Götter neben mir haben.“ Zweitens müssen wir ihn mit dem Munde verehren, daher heißt es: „Du sollst den Namen des Herrn, deines Gottes, nicht eitel gebrauchen.“ Drittens auch durch die Tat, und das bedeutet: „Gedenke, daß du den Tag der Gottesruhe heiligst.“ Gott bestimmte einen Tag, an dem die Menschen seinem Dienst obliegen sollen.

1218. – Dieses Gebot hat einen fünffachen Sinn.

a) Erstens wurde es gegeben zur Vernichtung eines Irrtums. Der Heilige Geist sah nämlich voraus, daß künftig Irrlehrer auftreten würden mit der Behauptung, die Welt sei immer gewesen: „Wisset, daß in den letzten Tagen Spötter kommen werden, welche nach ihren eigenen Lüsten wandeln und sagen: Wo ist die Verheißung oder seine Wiederkunft? Denn seitdem die Väter entschlafen sind, bleibt alles so, wie es vom Anfang der Schöpfung war. Denn sie verhehlen, daß der Himmel und die Erde das erstemal aus Wasser und durch Wasser mittels Gottes Wort entstanden sind“ (2 *Petr.* 3,3ff.). Gott wollte also, daß ein Tag gehalten würde zum Gedächtnis daran, daß er alles in sechs Tagen erschaffen und am siebenten Tage von seinem Schöpfungswerke geruht hat. Diesen Sinn legte Gott in das Gebot: „Gedenke, daß du den Tag der Gottesruhe heiligst.“ [...]

1219. – Die Juden feierten zum Gedächtnis an die Urschöpfung den Sabbat. Als Christus aber kam, da bewirkte er eine Neuschöpfung. Durch die Ur-Schöpfung wurde der Mensch der Erde, durch die zweite der himmlische Mensch geschaffen. „An Christus Jesus nämlich gilt weder Beschneidung noch Vorhaut etwas, sondern er ist eine neue Kreatur“ (*Gal.* 6,15). Diese Neu-Schöpfung geschieht durch die Gnade, die mit der Auferstehung Christi ihren Anfang nahm. „Wie Christus auferstanden ist von den Toten durch die Herrlichkeit des Vaters, also sollen auch wir in einem neuen Leben wandeln; wenn wir nämlich mit ihm zusammengepflanzt sind zur Ähnlichkeit seines Todes, so werden wir es auch zur Ähnlichkeit der Auferstehung sein“ (*Röm.* 6,4). Da die Auferstehung Christi an einem Sonntag geschah, deshalb feiern wir diesen Tag, wie die Juden den Sabbat feierten wegen der Ur-Schöpfung.

1220. – b) Secundo datum fuit ad instructionem fidei redemptoris. Caro enim Christi in sepulcro corrupta non fuit: unde dicit *Psal.* XV,9: „Caro mea requiescat in spe“; item, *ibidem* 10: „Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.“ Unde voluit sabbatum observari, ut sicut sacrificia significabant mortem Christi, ita quies sabbati requiem carnis eius. Sed nos ista sacrificia non servamus, quia adveniente re et veritate, debet cessare figura, sicut adveniente sole cessat umbra; servamus tamen in veneratione virginis gloriosae, in qua remansit tota fides tali die in morte Christi.

1221. – c) Tertio datum fuit ad roborandum sive figurandum veritatem promissionis. Promittitur enim nobis quies. *Isai.* XIV,3: „Et erit in die illa, cum requiem dederit tibi Deus a labore tuo et a concussione tua et a servitute dura qua ante servisti.“

1222. – Et nota, quod expectamus requiem de tribus: de labore praesentis vitae, de tentationum concussione, et de Diaboli servitute. Hanc Christus repromisit venientibus ad se, dicens, *Matth.* XI,28-30: „Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis; et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde; et invenietis requiem animabus vestris: iugum enim meum suave est, et onus meum leve.“

Invenimus autem quod Dominus operatus est sex diebus, et in septimo quievit: quia primo oportet facere opera perfecta. *Eccli.* LI,35: „Modicum laboravi, et inveni mihi multam requiem.“ Plus enim incomparabiliter excedit tempus aeternitatis totum tempus praesens, quam mille anni diem unum.

1223. – d) Quarto datum fuit hoc praeceptum ad inflammationem amoris. *Sap.* IX,15: „Corpus quod corrumpitur, aggravat animam“, et ideo homo semper ad terrena inferius tendit, nisi conetur erigere se ab eis. Et ideo oportet habere certum tempus ad hoc. [...] ne omnino alienarentur a Deo, [...] ne nimis tepescat in eis amor Dei. [...]

1220. – b) Zweitens wurde der Tag der Gottesruhe eingesetzt zur Unterweisung im Glauben an den Erlöser. – Der Leib Christi verwesete nicht im Grabe: „Mein Fleisch wird ruhen in Hoffnung; du wirst nicht zugeben, daß Dein Heiliger die Verwesung schaue“ (*Ps* 16 [15],9f). Die Sabbatfeier sollte nur die Sabbatruhe seines Fleisches Vorbildern, wie die Opfer auf den Tod Christi hindeuteten. Diese Opfer feiern wir nicht mehr, denn wenn das Wesen und die Wahrheit selbst erscheinen, dann muß die Bildlichkeit weichen, wie die Nacht flieht vor der aufgehenden Sonne. Wir begehen jedoch den Samstag durch die Verehrung der glorreichen Jungfrau, die an diesem Tage, der Todesruhe Christi, die Fülle des Glaubens in ihrer Seele trug.

1221. – c) Drittens ist der Tag der Gottesruhe gegeben zur Bekräftigung und Vorbildung der Wahrheit der Verheißung. Er ist uns die Verheißung einstiger Ruhe. „Es wird ein Tag kommen, wo dir Gott Ruhe schafft von deiner Mühsal und deinem Schrecken und dem harten Dienst, worin du zuvor gedient“ (*Jes* 14,3).

1222. – Wir erwarten Ruhe von der Mühsal des gegenwärtigen Lebens, von dem Druck der Versuchungen und von der Hörigkeit des Teufels. Diese Ruhe hat Christus allen versprochen, die zu ihm kommen: „Kommt zu mir alle, die ihr mühselig und beladen seid, ich will euch erquicken. Nehmt mein Joch auf euch und lernt von mir, denn ich bin sanftmütig und demütig von Herzen, und ihr werdet Ruhe für eure Seelen finden. Denn mein Joch ist süß, und meine Bürde ist leicht“ (*Mt* 11,28ff).

Wir lesen aber in der Heiligen Schrift, daß der Herr sechs Tage tätig war und erst am siebenten Tage ruhte; denn zuerst mußte das vollkommene Werk geschaffen werden. „Ich habe eine Weile gearbeitet und dann große Ruhe für mich gefunden“ (*Sir* 51,35). Die Ewigkeit übersteigt auf unvergleichliche Weise, wie tausend Jahre einen Tag, die ganze gegenwärtige Zeit.

1223. – d) Viertens wurde das dritte Gebot gegeben, um unsere Liebe zu entflammen. – „Unser der Verderbnis unterworfenen Leib beschwert die Seele“ (*Weish* 9,15). Deswegen neigt der Mensch stets abwärts zu dem Erdhaften, wenn er auch immer wieder bemüht ist, sich darüber zu erheben; für dieses Bemühen muß ihm eine feste Zeit der Besinnung gesetzt sein, [...] damit er Gott nicht ganz fremd werde [...] und die Liebe zu ihm in ihm nicht gar zu sehr erkalte. [...]

1225. – “Memento ut diem sabbati sanctifices”. Dictum est, quod sicut Iudaei celebrant sabbatum, sic nos Christiani dominicam, et alia principalia festa. Videamus ergo quomodo ista servare debemus. [...]

1226. – Sanctum autem accipitur duobus modis. Aliquando enim est sanctum idem quod purum. Apostolus, *I Cor.* VI,11: “Sed abluti estis, sed sanctificati estis.” Aliquando dicitur sanctum res consecrata ad cultum Dei, ut locus, tempus, vestes et vasa sacra. Istitis ergo duobus modis debemus festa celebrare; quia et pure, et mancipando se divino servitio.

1227. – In isto ergo praecepto duo considerantur. Primo quidem in festo quid cavendum sit; secundo quid faciendum.

Debemus autem cavere tria. Primo corporalem operam. *Ier.* XVII,22: “Sanctificabis sabbatum, ut non facias in eo opus servile”; [...] Opus autem servile est opus corporale: nam opus liberum est animae, sicut intelligere et huiusmodi; ad quod opus homo constringi non potest.

1228. – Sed sciendum, quod opera corporalia possunt fieri in sabbato propter quatuor.

Primo propter necessitatem. Unde Dominus excusavit discipulos evellentes spicas in sabbato, ut dicitur *Matth.* XII [1-8].

Secundo propter Ecclesiae utilitatem. Unde dicitur in Evangelio *ibid.*, quod sacerdotes faciebant omnia quae erant necessaria in templo in die sabbati.

Tertio propter proximi utilitatem. Unde Dominus curavit in die sabbati habentem manum aridam, et confutavit Iudaeos reprehendentes eum, ponens exemplum de ove, *ibid.* [XII,11].

Quarto propter superioris auctoritatem. [...]

1231. – [...] Nunc dicendum est in quibus occupari debemus: et sunt tria.

a) Primo in faciendis sacrificiis. [...]

1232. – [...] Factus est enim dies festus ad habendam spiritualem laetitiam, quam facit oratio: unde et tali die multiplicari debent preces.

Secundo [...] laudando: *Psal.* XLIX,14: “Sacrificium laudis honorificabit me”: unde in tali die cantus multiplicantur.

1225. – „Gedenke, daß du den Tag der Gottesruhe heiligst.“ - Wir haben gesagt, daß - wie die Juden den Sabbat - wir Christen den Sonntag und die anderen Hochfeste feiern. Wir müssen nun sehen, wie wir sie begehen müssen. [...]

1226. – Das Wort „heilig“ hat zweifachen Sinn. Oft heißt es soviel wie rein: „Ihr seid abgewaschen, ihr seid geheiligt“ (*1 Kor* 6,11); oft bezeichnet es aber auch das, was zu gottesdienstlichem Gebrauch geweiht ist, wie den Ort, die Zeit, die Kleider und die heiligen Gefäße. In diesem doppelten Sinne müssen wir die Festtage „heilig“ halten: in Reinheit und in Hingabe an den göttlichen Dienst.

1227. – Wir betrachten bei diesem Gebot ein Zweifaches: Was an einem Festtage zu meiden und was an ihm zu tun ist.

Meiden müssen wir drei Dinge; zuerst die körperliche Arbeit: „Heilige den Tag der Gottesruhe und verrichte an ihm kein knechtliches Werk“ (*Jer* 17,22). [...] Ein knechtliches Werk aber ist eine körperliche Arbeit; denn ein freies Werk ist Werk der Seele, wie Erkennen und dergleichen, bei solchem Werk kann man den Menschen nicht unter Zwang setzen.

1228. – Doch gibt es Gründe, derentwegen körperliche Arbeiten am Sonntag erlaubt sind:

zunächst aus Not; ihretwegen entschuldigte der Herr seine Jünger als sie am Sabbat Ähren pflückten (*Mt* 12,1-8).

Dann zum Nutzen der Kirche; nach dem Evangelium (vgl. *ibid.*) taten die Priester am Sabbat alles, was im Tempel notwendig war.

Ferner um dem Nächsten zu helfen: der Herr heilte am Sabbat den Mann mit der verdorrten Hand und wies die Juden, die ihn deshalb tadelten, durch das Gleichnis vom Schafe, das am Sabbat in eine Grube fällt, zurecht (vgl. *Mt* 12,11).

Endlich auf den Befehl des Vorgesetzten hin. [...]

1231. – [...] Es bleibt noch zu sagen, womit wir uns an diesem Tag beschäftigen sollen.

a) Erstlich müssen wir Gott Opfer darbringen. [...]

1232. – [...] Der Festtag ist gesetzt zur Freude unseres Geistes; die aber gibt das Gebet, und deshalb müssen wir an diesem Tag unsere Gebete vermehren.

Ferner müssen wir [...] am Festtag Gott loben: „Bringe Gott dein Lob als Opfer“ (*Ps* 50 [49],14). Daher erschalle an diesem Tage reicherer Gesang.



Tertio res tuas sacrificare, et hoc dando eleemosynas. *Hebr.* XIII,16: „Beneficentiae autem et communionis nolite oblivisci: talibus enim hostis promeretur Deus“; et hoc in duplo magis quam in aliis diebus, quia tunc est communis laetitia. [...]

1233. – b) Secundo in verborum Dei studiis, [...]. Unde et Christiani [...] debent tali die convenire ad praedicationes et ad officium Ecclesiae. *Ioan.* VIII,47: „Qui ex Deo est, verba Dei audit“; [...]

Eloquium enim et instruit ignorantem: *Psal.* CXVIII,105: „Lucerna pedibus meis verbum tuum“; et inflamat tepescentem [...].

1234. – c) Tertio in divinorum exercitiis. Hoc autem perfectorum est. *Psal.* XXXIII,9: „Vacate et videte quoniam suavis est Dominus“. Et hoc propter quietem animae. Sicut enim corpus fatigatum quietem desiderat, ita et anima. Locus autem animae Deus est: *Psal.* XXX,3: „Esto mihi in Deum protectorem, et in locum refugii“. [...]

1235. – Sed antequam ad hanc quietem perveniat anima, oportet tres quietes praecedere. Prima ab inquietudine peccati. *Isai.* LVII,20: „Cor autem impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest“. Secunda a passionibus carnis; quia caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem, ut dicitur *Gal.* V [17]. Tertia ab occupationibus mundi. [...] Et tunc post haec anima libere quiescit in Deo. [...]

1236. – Propterea sancti omnia dimiserunt; quia haec est pretiosa margarita, quam qui invenit homo abscondit, et prae gaudio illius vadit, et vendit universa quae habet, et emit eam, ut dicitur *Matth.* XIII [45sq.]. Haec enim requies vita aeterna, et delectatio aeterna est. *Psal.* CXXXI,14: „Haec requies mea in saeculum saeculi: hic habitabo, quoniam elegi eam“: ad quam nos perducat.

Endlich auch müssen wir Gott unseren äußeren Besitz weihen. Das geschieht durch Almosengeben: „Wohlzutun und mitzuteilen vergesst nicht, denn solche Opfer gefallen Gott“ (*Hebr.* 13,16). Und zwar sollen wir am Feste doppelt soviel geben als an anderen Tagen; denn es ist der Tag gemeinsamer Freude. [...]

1233. – b) Wir müssen uns ferner am Festtag dem Gotteswort öffnen: [...] Die Christen [...] sollen an den Festtagen zur Predigt und zum kirchlichen Gottesdienst zusammenkommen: „Wer aus Gott ist, der hört Gottes Wort“ (*Joh* 8,47). [...]

Gottes Wort belehrt den Unwissenden; es ist „eine Leuchte meinen Füßen“ (*Ps* 119 (118),105); es feuert von neuem an, wenn wir lässig zu werden beginnen. [...]

1234. – c) Endlich sollen wir uns an Festtagen dem Umgang mit Gott hingeben. Das tun die Vollkommenen. „Tut euch auf und schaut, wie süß der Herr ist“ (*Ps* 34 [33],9). Das aber um der Ruhe der Seele willen. Denn wie der Körper, wenn er ermüdet ist, nach Ruhe verlangt, so auch die Seele. Die Ruhe der Seele aber ist Gott: „Sei mir, o Herr, ein Beschützer und eine Zufluchtstätte“ (*Ps* 31 [30],3). [...]

1235. – Bevor aber die Seele zu dieser Ruhe gelangt, muß sie vorher eine dreifache Ruhe durchschreiten Die Ruhe von der Unrast der Sünde: „Das Herz des Gottlosen ist wie ein tobend Meer, das nicht zur Ruhe kommen kann“ (*Jes* 57,20); die Ruhe vor den sinnlichen Leidenschaften, denn „das Fleisch begehrt auf wider den Geist, der Geist aber gegen das Fleisch“ (*Gal* 5,17); endlich die Ruhe vor den Beschäftigungen mit der Welt. [...] Dann erst, nach dieser dreifachen Ruhe, wird die Seele befreit in Gott ruhen. [...]

1236. – Deshalb verließen die Heiligen alles, weil die Ruhe in Gott „die kostbare Perle ist, die der Mensch, der sie findet, verbirgt und vor Freude an ihr hinget, all seinen Besitz veräußert und sie kauft“ (*Mt* 13,45f). Diese Ruhe ist das Ewige Leben, das ewige Ergötzen. „Das ist meine Ruhe für ewig – hier will ich wohnen, denn ich habe sie erkoren“ (*Ps* 132 [131],14). Zu ihr führe uns der Herr Jesus Christus.